



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

VIII. Declaratio, quod in præfata Constitutione non comprehenduntur
legata pro piis operibus incertis relicta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

Clauſulae
praſerua-
tivæ.

ſeu intelligi, dici, vel cenſeri poſſe, ſed illas, & ſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtituta muniſis eadem proſrus fides in judicio, & extra illud adhibetur, quæ eisdem praefertibus adhiberetur, ſi forent exhibita, veſtimenta.

S. 6. Decernentes etiam praefentes Litteras, & in illis contenta nullo unquam tempore etiam ex eo quod Oeconomus, & alii Officiales praefatae Fabricæ, cæterique in premissis interfeſe habentes, ſeu habere quomodo libet praetendentes ad ea vocati, vel auditi, cauſeque, propter quas eadem praefentes emanarunt, adductæ, vel ſufficienter, aut etiam ullatenus iuſtificata non fuerint, de ſubreptionis, obreprionis, ſeu nullitatris vitio, aut intentionis noſtræ, vel quovis alio quantumvis ſubſtantiali deſectu notari, vel ex quoquaque alio capite etiam in corpore juris clauſo impugnari, reſcindi, invalidari, ad terminos juris reduci, in jus, vel controverſiam vocari, ſeu adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, vel aliud quoquaque juris, facti, vel gratia remedium impetrari, ſeu etiam motu ſimili confeſſio quempiam in iudicio, vel extra illud uti poſſe, ſed eadem praefentes ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, fuſuos plenarios, & integros ef- fectaſ ſortiri, & obtinere, neque ſub ſimilium, vel diſſimilium conſtitutionum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariais diſpositionibus comprehendendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priuatum ſtatum reſtitutas eſſe, & cenſeri.

S. 7. Sicque, & non aliter in premissis per quoquaque Judices ordinarios, & delegatos ac etiam quoſlibet Sancta Romana Eccleſia Collegii Fabricæ praefatae Cardinales, nec non cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & quoſvis alios quacumque authoritate, & potestate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuiilibet qua- vis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auſtoritate iudicari, & definiri debere, ac i- ritum, & inane ſi ſecus ſuper hiſ à quoquaque quauiſ auſtoritate ſcienter, vel ignoranter con- tingerit attenari.

S. 8. Non obſtantibus premissis, ac quibus- viſ Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Collegii praefati etiam iuramento conſirmatione Apoſtolica, vel quauiſ alia firmate roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, induſtis, gratis, facultati- bus, & Litteris Apoſtolicis per predictos, & quoſvis alios Romanos Pontifices etiam Prae- ceſſores Nostros in favorem ejusdem Fabricæ, ac illius Collegii, etiam per viam contraꝝ ju- rati, & ſub quibusviſ verborum tenoribus, & formis, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apoſt. potestatis plenitudine etiam conſistorialiter & cum quibuscumque etiam derogatoriū derogatoriis, aliisque fortioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis etiam irritanti- bus, in genere vel in ſpecie, & alijs quomodo- libet emanatis, confeſſis, ac etiam plures ap- probatis, & conſirmatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiam pro ſufficienti illorum derogatio- ne, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialiſ, ſpecifica expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generaliſ idem importantes, mentio, ſeu quauiſ alia expreſſio facienda, aut quauiſ alia exquifta, & inſolita forma ad hoc ſervanda eſſet, illorum omnium, & ſingulorū tenores praefertiſ pro plenē, & ſufficienti expreſſis, & insertis, formamque in illis traditam pro ſervata habentes, illis alijs in ſuo robore permanfiris, hac vice ad effectum premissorum dimitat specialiter, & expreſſe, mo- tu, ſcien- tia deliberatione, & potestatis plenitudine partibus derogamus, cæterisque con- trariis quibuscumque.

S. 9. Volumus autem, ut praefentium tranſumptorum fidis.

ſeu intelligi, dici, vel cenſeri poſſe, ſed illas, & ſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtituta muniſis eadem proſrus fides in judicio, & extra illud adhibetur, quæ eisdem praefertibus adhiberetur, ſi forent exhibita, veſtimenta.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Pifatoris, die 30. Auguſti 1655. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Die, mense, & Anno quibus ſupra, ſupradiſta Conſtituſio affixa, & publicata fuit in locis ſoliti, & conuentis Urbi, per me Jo. Baptiſtam Garavinum Sanctiff. D. N. Papa Curforem.

Pro D. Mag. Curs. Jo. Garziæ Curs.

Dat. P. A. I.
die 30. Aug.

VIII.

Edita A. D.
1660.

Exordium.

Declaratio, quod in praefata Conſtitutione non comprehenduntur legata pro piis operibus incertis relicta.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dicit Romanum Pontificem æqui bonique supremum aſſertorem in terris à Domino conſtitutum illa, quæ ex circumſpecta eius pro- videntia piè ſapienterque proceſſerunt, cum aliorum, quam æquitatis ratio poſtulet detorqueri intelligit, opportuna declarationis ministerio, ita dilucide, ut ſequioris, & ab eius intentio- ne deſcenſtentis interpretationis occaſio cuilibet præcidatur.

S. 1. Alijs ſiquidem emanarunt à Nobis Litteræ in ſimili forma Brevis tenoris, qui ſequitur, videlicet ALEXANDER PP. VII. Ad perpetuam rei memoriam. Superai diſpoſitione conſili vi- ces illius gerentes in terris, qui pauperum curam fidelibus ſuis præcipiens, quod uni ex illis fereret ſibi factum aſſeruit, in his pastoralis officiis noſtri partes aſſectu paterno libenter interponimus per que eorumdem pauperum, & præſertim per vi- cos & plateas menlicantium neceſſitatibus opportunè conſuli arbitramur. Cum itaque retroactis tem- poribus fœl. record. Julius II. Leo X. Clem. VII. Paulus III. & alii forſan Romani Pontifices Prae- deceſſores Noſtri, ut in honorem Principis Apo- ſtolorum Basilica opere ſupra cæteras magnifico, & eleganti in hac Alma Urbe noſtra conſtruere- tur perpendentes ſuas, & Apoſtolicæ Sedi facul- tates ad id minimè ſufficiendas, fabrica diſta Basilica, ſeu ejus Collegio inter alias plures gratias facultates, & privilegia, applicaverint legata pau- peribus in genere ſine ſpeciali determinatione, & propriis nominibus personarum non expreſſis re- li-ctis, cumque hujus applicationis ratione paupe- res, & potiſſimum mendicantes legatis ſibi reli- ctis privati remaneant multique pii fideles retrahiri vel faltem tepidiores reddi poſſint ad relinquendū legata pia, quæ alijs corundem pauperum commodum relictum eſſent, dubitantes irritas, & inaneſ evaſuras ſimiles eorum diſpoſitiones, & in praedictæ fabricæ utilitatem ob privilegia prædi- cta cefſuras nos licet ad abſolutam fabrica diſta Basilica terminationem illiusque ornatum à die noſtræ ad ſummum Apoſtolatum assumptionis mentem direxerimus; conſiderantes nihilominus ejus admirabilem ſtructuram ad optatum ferè fi- nem eſſe perducatam, ac proinde longè minorem pecuniarum quantitatē nunc pro ejus perfectio- ne, & conſervatione, quam de tempore confeſſionis ante diſta, & aliorum ejus privilegiorum eſſe neceſſariam æquum, & rationi conſentaneum eſſe cenfemus ſublato privilegiū hujusmodi impe- dimento Christi Pauperes in posterum Legata ſibi relicta, & pro tempore relinquenda plenē, & libere capiant, & conſequantur. Motu itaque proprio, ac ex certa ſcientia, & matura delibera- tione noſtris, deque Apoſtolicæ potestatis plen-

tudine,

Clauſula
ſublata.Contraſiis
derogat.Tranſum-
ptorum fides.

tudine, hac Nostra perpetuò valitura constitutio-
tione statuimus, decernimus, & declaramus Legata pauperibus in genere ubicumque locorum relictæ, & pro tempore quandcumque, & quodcumque relinquenda non amplius sub legatorum incertorum nomine in beneficium dictæ fabricæ juxta predictæ ejus privilegia conver-
ti, neque sub ejus facultatibus comprehendendi, sed de illa omnia veluti alia certa pia Legata in commodum, & beneficium pauperum, qui sub tali nomine secundum Juris interpretationem comprehenduntur plenè, & integrè juxta pias legantium dispositiones cedere, ac iisdem pauperibus ab hæredibus aliisque obligatis, & seu à testamentariis Executoribus, vel aliis quibus Legatorum predictorum solutio, seu executio commissa fuit, & erit pro tempore eadem Legata five in pecunia, five in frumento, pane, vino, aliisque ad humanum usum necessariis consistant modis, temporibus, ac diebus à testatoribus, seu legantibus praescriptis solvi, & signari debere. Quod si ob moram, seu negligentiam hæredum, aut executorum, seu aliorum obligatorum, vel etiam ob mortem eorum quibus pauper nominatio, & electio, seu alias legatorum executio commissa fuerit eorumdem legatorum solutionem, seu configuracionem ultra debitum tempus differi, vel impediri contingat, volumus, & mandamus, ut locorum Ordinarii, & illis deficientibus Commissarii, & Ministri predictæ fabricæ in casibus in quibus alias præmissorum exercitio de jure, & secundum facultates ejusdem Fabricæ ad eos devolvitur voluntatem testatorum, & relinquendum legata hujusmodi ad commodum, & beneficium eorumdem Pauperum dumtaxat, prout servatur in aliis legatis certis, exequantur. Porro quoad legata pro piis operibus in genere etiam ad arbitrium, nominationem, electionem, seu declarationem certorum Executorum, seu aliorum specificandis, & declarandis relictæ, nullum praesenti nostra constitutione eidem Fabricæ præjudicium inferre, nihilque super iis de novo statuere intendimus, quinimò omnia, & singula ejus jura, & privilegia per Summos Pontifices Prædecessores Nostros haec tenus in præmissis concessa præservamus, in casibus tamen in quibus Executores, seu alii predicti quibus competit facultas (quam per hujusmodi privilegia Fabricæ nullatenus impediri volumus) illam exercere, & ad nominationem, electionem, seu declarationem devenire nolint, vel nulla facta declaratione descerint. Hanc verò constitutionem tam in casibus futuris & deinceps contingentibus, quam in præsentibus, & præteritis præterquam in eis legatis, & relictis qua haec tenus à predicta Fabrica, seu ejus Ministris agnita, acceptata, & incorporata fuerunt, etiam super illis in quacumque instantia lis pendeat indecisa servari, & locum habere volumus, & declaramus: Ceterum autem ejusdem Fabricæ, seu illius Collegii pri-
vilegiis, gratiis, & facultatibus in eis qua præsentibus non adversantur, nullum ne minimum quidem præjudicium per præsentes illarum, aut illis derogatum esse, seu intelligi, dici, vel censeri posse, sed illas, & illa in suo labore, & firmitate, remanere debere decernimus itidem declaramus. Decernentes etiam præsentes Litteras, & in illis contenta nullo unquam tempore etiam ex eo quod Oeconomus, & alii Officiales predictæ Fabricæ ceterique in præmissis interessent, seu habere quomodolibet prætendentes ad ea vocati, vel auditii, causæque propter quas eadem præsentes emanarunt, adducæ, vel sufficienter, aut etiam ullam tenus justificare non fuerint, de subreptionis, obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel quovis alio quantumvis substantiali defectu notari, vel ex quoquaque alio capite etiam corpore juris

clauso impugnari, rescindi, invalidari, ad terminos juris reduci, in jus, vel controversiam vocari, seu adversus illas aperitionis oris, restitutio in integrum, vel aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu etiam motu simili concesto quempiam in judicio, vel extra illud uti posse, sed easdem præsentes semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, neque sub simili, vel dissimili constitutionum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, comprehendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, roties in pristinum statum restituunt esse, & censeri, sive & non aliter in præmissis per quocumque Judices, ordinarios, & delegatos, ac etiam quilibet Sanctæ Romanae Ecclesiæ Collegii predictæ Fabricæ Cardinales, nec non cauſarum Palatii Apostolici Auditores, & quovis alios quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Collegii predicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robora statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulis, gratiis, facultatibus, & Literis Apostolicis per predictos, & quovis alios Romanos Pontifices Prædecessores Nostros in favorem ejusdem Fabricæ, ac illius Collegii, etiam per viam contractus jurati, & sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia deque Apostolica potestatis plenitudine etiam consistorialiter, & cum quibuscumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, & infolitis clausulis, & Decretis etiam irritantibus in genere, vel in specie, & alias quomodolibet emanatis concessis, ac etiam plures approbatis, & confirmatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio facienda, aut quavis alia exquisita, & insolita forma ad hoc servanda esset illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & inseritis, formamque in illis traditam pro servata habentes, illis alias in suo labore permansuris hac vice dumtaxat ad effectum præmissorum specialiter, & expressè, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transiunctis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, qua eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die 30. Aug. 1655. Pont. Nostri anno Primo.

§. 2. Cum autem (sicut accepimus) nonnulli Executores testamentarii ad exequenda diversa legata pro piis operibus incertis relictæ deputati, præserta Constitutionis Nostræ prætextu illa in commodum Fabricæ predictæ juxta illius privilegia minime converti debere, nec ad illam quovis modo spectare, neque sub ejus facultatibus comprehendendi prætendant in maximum ipsius Fabricæ dannum, & præjudicium. Hinc est, quod Nos omnem quæ præmissorum occasione enata est, & post hac nasci posset controversiam, & ambigui-

ANNO
1655.

Declaratur
in rubr.

ALEXANDER SEPTIMUS.

tatem tollere ejusdemque Fabricæ indemnitati
confulere cupientes.

§. 3. Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudo similibus constitutionem præinsertam in illis dumtaxat legatis, quæ pauperibus in genere expresse & explicitè relicta sunt hactenus, & in futurum relinquuntur, sive per heredes, sive per Executores, vel alios quocumque veniant distribuenda, locum obtinere, non autem ad alia quæcumque legata pro piis operibus incertis hactenus relicta, & in posterum quandcumque relinquenda ullatenus porrigi, seu extendi posse, vel debere, tenore præsentium declaramus, ac perpetuo statuimus, & decernimus.

§. 4. Ac quæcumque privilegia, indulta, gratias, & facultates prædictæ Fabricæ, ejusque Congregationi, & Officialibus, quibusvis circa applicationes legatorum pro piis operibus incertis (non tamen pauperibus in genere, sicut supradictum est) relictorum in commodum, & utilitatem ipsius Fabricæ à prædictis, & aliis quibusvis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris quovis modo concessa, & concessas, illorum tenores, & datas præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & infertis habentes, adversus Constitutionem præinsertam, indeque sequita quæcumque in integrum, ac pristinum, eumque in quo antequam eadem Constitutio emanaret, quomodolibet erant statutum, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudo paribus restituimus, reponimus, & plenariè reintegramus, illaque quantum opus sit, revalidamus, ac itidem perpetuo confirmamus & approbamus.

§. 5. Decernentes pariter eisdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quilibet etiam speciali, & individua mentione digni in præmissis interesse habentes, seu habere quovis modo prætententes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditæ, neque cause propter quas ipsæ præsentes emanarunt sufficienter, aut ullatenus adductæ, verificatae, & justificatae fuerint, seu ex alia quæcumque quantumvis pia, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, vel capite etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis enormissimæ, & totalis lesionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitus vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quilibet quantumvis magno, formalis, & substantiali, ac inexcoigitabili defectu notari, infringi, impugnari, retractari, in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, Restitutionis in integrum, vel aliud quocumque Juris, facti, seu gratiarum remedium impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudo similibus concessa quæcumque in judicio, vel extra illud ut posse, sed ipsas præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac supradictæ Fabricæ plenissimè suffragari, sicut in præmissis censi, atque ita, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & alios quolibet quavis auctoritate, & potestate fungentes, & quandcumque functionarios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si fecerit super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra & Cancellariae Apostolicae Regula de jure quæsto non tollendo, ac præinsertis nostris Literis, nec non omnibus, & singulis illis quæ in eisdem volumbus non obstat, caterisque contrariis qui-

buscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium transumpsis etiam impressis, manu aliquius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis eadem prorsus fides adhibetur in Judicio, & extra illud quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 15. Novembris 1660. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

ANNO
1655.

Dat. P. A. 6.
die 26. Nov.

Confirmatio Decreti Innocentii Papæ X. super administratione Cellerariorum Congregationis Cassinensis.

Circa electionem Cellerariorum hujus Congregationis, lege ad Constat. 14. Cum sicut. & 24. In his. Innocentii X.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

IX.
Edita A. D.
1655.

Alias emanavit à fel. rec. Innocentio Papa X. Prædecessore Nostro Decretum, cui subinde jussu ipsius Innocentii Prædecessoris à Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum, tunc Suorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, inserta fuit additio tenoris, qui sequitur videlicet.

§. 1. Diuturna experientia compertum est Monasteria Congregationis Cassinensis tunc maximo bonorum temporalium incremento floruisse, cum Cellerarii demandatam sibi oeconomicam curam non pro suo arbitrio, & auctoritate, sed consulto in omnibus proprio Abbate, coque dirigente fideliter administrarunt, inutiles referando sumptus, à profusis munerum largitionibus abstinentendo, nec non animalium, & agriculturae industria non in sui, sed Monasteriorum commodum, & utilitatem convertendo; exactaque pecunias Depositario integrè tradendo in communi arca astervandas: Ad quod etiam multum semper contulit eorum Praelatorum vigilancia, qui rationes introitus, & exitus sedulè ac frequenter subducentes præmisso diligenter examine, ne quid fraudis, vel præjudicij interveniret, omnia ad fidelem calculum revocarunt, prout Constitutiones Apostolicae, ac ejusdem Congregationis statuta provide disponunt.

§. 2. Verùm quia in quibusdam Monasteriis tam salubres ordinationes Cellerariorum incuria, & quandoque etiam malitia, nimiaque Superiorum indulgentia negliguntur, & timendum est, ne si hujusmodi malum subrepatur, traçtu temporis corundem Monasteriorum ruina subsequatur, idèò Sanctissimus D. N. audito voto Congregationis S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ innovando in primis Constitutionem sanctam Clementis VIII. sub die 6. Martii 1643. eidemque pro firmiori contentorum observantia graviores penas addendo prohibet omnibus, & singulis Cellerariis, alioquin eorum Ministris, sive Monachis, sive Commissis, quibus bonorum administratio quocumque modo incumbit, quominus audeant redditus, ac proventus suppressare, vel minuere, rerum quarumcumque pretium alterare, negociationibus se immiscere: animalium, seu agriculturae industrias sibi appropriare, aut munera contra formam prædictæ Constitutionis elargiri sub pena privationis officiorum, vocis activæ, & passivæ, ac perpetuae inhabilitatis eo ipso incurrienda, à qua præterquam à Sede Apostolica dispensari non valeant. Obstringendo Abbatibus, quatenus cum primum ipsis de hujusmodi

Decretum
Congr.

Poenæ in
contra fa-
cientes.

trans-

Decretum
irritans.

Contraria
derogat.